







57.

1649, 5 - le

34

I. N. J.

DISSERTATIO JURIDICA

De

# APPELLATIONIBUS.

Quam

Magnif. Amplifs. Jctorum

Ordine Consentiente

PRÆSIDE

DN. SAMUELE Rittern /

Hal. Sax. J. U. L.

Publicè defendere conabitur


Busso MASCHOVIUS,

Falckensteinio Halberstad.

add. Augusti

In Auditorio Jctorum.

W. Meuberg



E Calcographéo JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

ANNO MDCXLIX.

31

C 21





V I R I S

*Magnificis, Amplissimis, Excellentissimis,*

*Consultissimisq;*

DN. JEREMIAE REUSNERO, Jcto & Antecessori Academiae h. t. RECTORI Collegii Juridici Ordinario & Seniori, Curiae Electoralis & Consistorii Ecclesiastici Assessori gravissimo.

DN. AUGUSTINO STRAUCHIO, U. J. D. Cod. P. P. Sereniss. Elect. Sax. Consiliario, Provincialis Curiae, Consistorii Ecclesiastici nec non Scabinatus Electoralis Assessori celeberrimo,

DN. HENRICO RICHARDO HAGEN, U. J. D. Reverendiss. Capituli Halberstadiensis quondam Syndico, jamq; Illustriss. Ducis, Viduae Brunsvicensis in Scheiningen Consiliario, Jcto famigeratissimo,

*Ut &*

*Plurimum Reverendo, Amplissimis & Consultissimis*

V I R I S

DN. M. JOHANNI LAVVEN, Ecclesiae Ermsleben-  
sis Pastori primario,

DN. VALENTINO GRUNTZIO, inelyti apud  
Quedlinburg. Dicasterii Judici Ordinario,

DN. ASCANIO PFLAUMEN, Reip. Ascaniens.  
Praefecto.

DN. GOTFRIDT SAUERN, Praefecturae Arnsteinen-  
sis in Comit. Mansf. Praefecto patris instar colendo,

*Mæcenatibus suis Magnis*

*Dominis Patronis, Praeceptoribus, respectivè*

*Affinibus ac Promotoribus*

Omni observantiae & Honoris cultu ætatem  
devenerandis

*Exercitium hoc Academicum  
offert ac dedicat*

**Busso Maschovius.**





Συὺ τῶς Θεῶ.

Th. I.

**A**ppellatio est à Judice inferiore ad superio-  
rem (a) gradatim (b) propter gravamen il-  
latum vel inferendum, (c) provocatio (d)  
iniquitatis vel imperitiæ querelam conti-  
nens (e).

(a) Quod ipsum est de substantiâ appellationis, *Nov. 23. c. 4. l. 1. §. 3. ff. de appellat. Tr. vol. 2. disp. 33. th. 1. lit. d. ibid.* Bachov. Æquitati enim contrariari videtur, ut minor Judicis majoris errorem corrigere velit. *c. 16. X. de majorit. & obed. Bachov. d. l. utque par in parem Imperium exerceat. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. Reyger. process. judic. disp. 10. th. 1. lit. a.* (b) Appellatio enim omisso medio Judice non valet. *l. 21. ff. de appellat. can. 45. caus. 2. q. 7. Ordinat. Cam. Imp part. 2. t. 29. §. 1. ratio est, ne jurisdictiones confundantur. l. 4. C. de jurisdic. omn. jud. Wesenbec. ff. de appellat. n. 9. Tr. d. l. lit. e. Gail. lib. 1. obs. 119. n. 2. Mynsinger. lib. 1. obs. 69. ubi tamen limitationes subjungit.* (c) *c. 59. x. de appellat. Marant. spec. aur. part. 6. n. 4.* Si modo propè ac certò inferendum sit, & jure quis hoc metuat: maximè si damnum postea illatum non commodè possit reparari, *Bachov. d. l. lit. F. & G.* (d) Provocationis verbum generalius est quam appellationis, & omne id beneficium significat, per quod Judicis auxilium imploratur, sive in judicio sive extra judicium: adeoque generis loco rectè ponitur *Marant. d. l. n. 6. Reyger. d. l. lit. d. Duaren. cap. 1. ff. de appellat.* (e) *l. 1. in pr. ff. de appellat. Berlich. part. 2. conclus. 50. n. 2.*

Th. II.

Communitè (a) dividitur in Judicialem (b) & Extrajudicialem (c).

A 2

(a)



(a) Rectè dictum fuit, *communitèr*. Varii enim varias appellationis comminiscuntur species. Baldus & Canonistæ *in rubr. de appellat.* quadrimembrem adferunt divisionem. aliam quippe antejudicialem, aliam introjudicialem, aliam judicialem, aliam demum post judicialem faciunt. quos referunt *Wesenb. ff. de appellat. n. 5. Reyger. in process. jud. disp. 10. th. 2. lit. g.* Bartolus verò aliam ponit divisionem *in l. 1. n. 4. ff. de appellat.* ubi tres recenset species, & vult aliam esse à definitivâ, aliam ab interlocutoriâ, & aliam ab aliis actibus Extrajudicialibus. *Wesenbec. & Reyger. dd. ll.* Verum quoniam hæ species tempore tantum inter se differunt, rectè ad dicta duo membra revocamus. *Gail. lib. 1. obs. 120. n. 6. Mynfinger. Cent. 4. obs. 43. Rosbach. in process. civ. tit. 73. n. 3.* (b) Quæ fit à sententiâ & interlocutionibus. *l. 23. ff. de appellat. can. 8. caus. 2. q. 6.* (c) Hæc à decretis & actibus extrajudicialibus interponitur. *c. 1 c. 8. de appellat. in 6. Dd. comm.*

### Th. III.

Causam Appellationis Efficientem Constituo antiquissimam consuetudinem (a).

(a) *l. 1. ff. ne appellat. Liv. lib. 1. histor. Wesenbec. ff. de appellat. n. 6. Reyger. in process. jud. disp. 10. th. 3. lit. c.*

### Th. IV.

Appellationem (a) interponere possunt omnes qui sententiâ Judicis gravati aut damnati sunt (b) aut quorum interest. (c)

(a) Qui appellat, appellans, *l. 13. ff. de appellat.* Adversus quem autem appellatur, is appellatus dicitur. *c. 1. de appellat. in 6.* (b) Ratio, quia commune beneficium est appellatio. *l. 3. §. 1. ff. rat. rem habit.* Unde nec excommunicato, *c. 5. x. de except. Tolosan. lib. 5 c. 11. n. 11. Reyger. in process. jud. disp. 10. th. 4. lit. a. nec criminis Læsæ Majestatis Reo, l. 86. §. 1. ff. de acquir. hered. Gomez. lib. 3. var. resolut. 13. n. 2. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 33. th. 2. lit. A.* (c) *l. 5. l. 13. §. 1. ff. de appellat. Rosbach. in process. civ. tit. 73. n. 10.* Sed quid juris, si duo in communi causâ unâ sententiâ sint condemnati, proderitnè his tertii appellantis victoria  
pro



pro suo interesse? *Aff. l. 1. § 2. C. si unus ex plurib. l. 10. §. 4 ff. de appellat. Gail. lib. 1. obs. 122. num. 7. Rauchbar. p. 2. q. 7. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 47. Donell. lib. 28. comm. c. 5. ibiq. Hilliger. lit. B. Reyger. d. l. lit. c. Berlich. p. 1. Conclus. 50. n. 6.*

Th. V.

Porro qui appellant hoc faciunt vel nomine proprio vel alieno.

Th. VI.

Nomine proprio appellant, qui ad civilia munera vel honores evocantur (a) Procuratores in rem suam dati (b) milites (c) deportati (d).

(a) *l. 21. §. 2. ff. l. 7. C. de appellat. Reyger. process. jud. disp. 10. th. 5. lit. a.* (b) *l. 1. §. 12. ff. quand. appelland. l. 6. §. 5. C. de appellat.* (c) *l. 20. §. 2. ff. eod.* (d) *l. un. §. 3. ff. nihil innov. appellationib. interposit.*

Th. VII.

Alieno nomine, Procuratores sive generaliter sive specialiter dati sint, (a) item alius nomine Procuratoris (b) negotiorum gestores (c) auctores emtoribus de proprietate victis (d) creditores nomine debitorum (e) tutores & curatores nomine pupillorum & minorum (f).

(a) *l. 4. §. fin de appellat. l. 1. §. 12. ff. quand. appelland.* Sed ambigua & inter interpretes agitata quaestio est, an procurator ad certam litem datus, lata contra ipsum vel dominum sententiâ, non solum appellare, verum appellationem quoque prosequi teneatur? *Affirmativæ subscribimus. l. 2. ff. an per al. caus. appellat. l. 17. C. de procurator.* Secus enim si fecerit, dominus actione mandati ad interesse adversus procuratorem experiri poterit. *l. 8. §. 6. ff. mandat. Donell. lib. 18. comm. c. 16. ibiq. Hilliger. lit. D. & E. Umm. process. judic. disp. 3. th. 7. n. 39. Reyger. process. judic. disp. 10. th. 5. lit. f. Harprecht. ad §. 1. I. de his per quos ag. poss.* (b) *l. 4. §. ult. ff. de appellat.* (c) *l. 24. ff. h. t. l. 1. ff. de appellat.*



recip. l. 31. §. 2. ff. de negot. gest. modo is, ejus nomine appellatum est, ratum habeat intra tempora appellandi. d. l. 1. ff. de appellat. recip. Bocer. class. 6. disp. 34. (d) & vice versa l. 4. §. 3. ff. de appellat. (e) à sententiâ sc. quâ debitor victus super proprietate rei oppignoratae l. 3. ff. l. 5. C. de pignor. & hypothec. l. 4. ff. de appellat. ex qua lege distingvendum, nunquid creditore sciente, an vero ignorante debitor egerit; Priori casu creditor appellans omnino audiendus, cum ipsius jus dependeat à jure debitoris: unde si judicatum sit, debitorem non habere jus in re, per consequens judicatum censetur, creditorem quoq; jus non habere, & sic contra utrumque lata videtur. Posteriori vero non: quia debitor creditori absenti præjudicium facere nullo modo potest. d. l. 4. §. 44. Donel. lib. 27. com. ad l. 63. ff. de re judic. (f) l. 24. l. 27. l. 28. §. 2. ff. de appellat. Wesenbec. ff. eod. n. 7. modo bonam causam foveant, l. 11. C. de administrat. tutor. Tr. vol. 2. disp. 33. th. 2. lit. e.

#### Th. VIII.

Pari modo provocare possunt Dominus pro subditis (a) maritus pro uxore (b) Parentes pro liberis (c) coheres pro coherede, (d) legatarius pro herede per querelam inofficiosi victo (e) fidejussor pro Reo (f) & si qui sunt similes.

(a) arg. l. 15. l. 18. ff. de appellat. Distingvimus tamen. Aut appellat dominus pro subditis, vel eos defendit principaliter ad utilitatem & commodum subditorum, ita ut jus ex defensione suscepta ipsis tantum quærat, & tunc absq; mandato agere minimè valet c. 4. de privileg. in 6. nemo enim alienæ litis defensor idoneus sine satisfactione intelligitur. l. 46. §. 2. ff. de procurator. §. 1. J. de satisfat. & ibi Dd. comm. Aut dominus appellat nomine subditorum, eò quod ipsius, etsi non principaliter, tamen in consequentiam & aliquomodo saltem interfit: puta, si quis à subditis collectas indebite exigere, si eos in culturâ agrorum iniquè turbare, mulctare, sub jurisdictionem trahere, aut ad contumeliam ipsius Domini injuriam



riam inferre audeat; & tunc rectè absque mandato pro subditis agit, quia factum subditorum tangit dominum, ipseque dominus injuriâ affici videtur. *l. 11. ff. de vi & vi armat. Gail. lib. 1. obs. 125. Reyger. process. judic. disp. 10. th. 5. lit. n. Berlich p. 1. Conclus. 50. num. 8.* Idem statuendum in Clerico, Monacho, Cive & Vasallo, quorum nomine Episcopus, Abbas, Civitas & Senior injuriarum agere possunt. *Gail. d. l. n. 6.* Quid autem juris, quando dominus exceptus est per privilegium, à jurisdictione alicujus, subditi verò ipsius ad illum vocantur, Dominus propter incompetentiam fori excusat suos; Judex verò non obstante privilegio in causa procedit, à quo facto dominus appellat, subditi verò non, an tunc etiam appellatio domini proderit subditis? *Aff. l. 19. C. de liberal. caus. Gail. lib. 1. obs. 126. Reyger. d. l.* (b) Distingvendum hic inter bona receptitia, & inter bona dotalia & paraphernalia. In his maritus sine mandato & citra ratihabitionem appellare potest. *l. fin. C. de pact. convent.* In illis verò absque mandato, præstitâ tamen cautione de rato. *l. 21. C. de procurator. Gail. lib. 1. obs. 133. Reyger. d. l. lit. t. & seqq. Rauchbar. l. 1. q. 2. n. 42. Berlich p. 1. Conclus. 50. num. 7.* Uxor tamen pro marito absente agere & appellare nequit. *l. 4. C. de procurator. l. 2. ff. de injur. §. 2. l. eod. nisi pro marito fortè captivo relaxando agere vel appellare desideret. l. 3. §. 2. ff. de liberal. caus. Gail. d. l. n. 8. & seqq.* (c) *l. 2. §. 2. ff. quand. appellat. d. & vice versâ, l. 23. §. 2. ff. de appellat.* (d) *l. 5. ff. de appellat.* (e) Sive per collusionem judicatum legatarius affirmet. *l. 5. §. 1. l. 14. ff. b. t. l. 29. ff. de inoffic. testam. Donell. lib. 28. comm. c. 6.* Sive citra collusionem per injuriam sit judicatum. *l. 50. §. 1. ff. de legat. 1. & ibi Dd.* (f) *l. 5. ff. de appellat.* Si enim sententia abiret in rem judicatam, cessante principali ipse tandem fidejussor possit conveniri. *l. 4. ff. de fidejussor. §. 2. l. 7. eod.*

#### Th. IX.

Licet autem ut supra dictum appellatio communè auxilium vocetur, inde tamen appellandi licentiam omnibus concessam indistinctè esse minimè sequitur.

Alii



Alii enim Lege, alii proprio facto appellare prohibentur.

Th. X.

Lege prohibentur insignes latrones, seditionum concitatores, duces factionum (a) servi (b) raptores virginum (c) monetæ adulteratores (d) confessi convictique (e) debitores ærarii Principis (f) contumaces (g).

(a) l. 16. ff. de appellat. Donell. lib. 28. comm. c. 6. Rauchbar. lib. 2. q. 8. Marant. in spec. aur. p. 6. act. 2. num. 296. Bocer. class. 6. disp. 34. th. 46. (b) l. 15. ff. de appellat. Donell. d. l. Duaren ff. de appellat. c. 2. (c) l. un. C. de raptor. virgin. Donell. d. l. Marant. d. l. n. 295. (d) l. 1. pr. C. de fals. monet. Marant. d. l. n. 294. (e) l. un. C. de raptor. virgin. l. 34. C. de adulter. in notoriis enim appellatio non admittitur. c. 13 c. 14. x. de appellat. Donell. d. l. Marant. d. l. n. 292. (f) l. 8. C. quor. appellat. non recip. Marant. d. l. n. 300. Rosbach. process. civ. tit. 73. n. 11. (g) l. 73. §. 3. ff. de judic. l. 1. C. quor. appellat. non recip. l. 53. ff. de re judic. Marant. d. l. n. 284. Donell. d. l. Duar. d. l. Gail lib. 1. obs. 132. num. 7. Wesenbec. ff. hic n. 7. Rosbach. d. l. Reyger. process. judic. disp. 10. th. 6. lit. a. Bocer. class. 6. disp. 34. th. 45.

Th. XI.

Facto etiam proprio appellare quidam prohibentur, quod ipsum in renunciatione consistit. Renunciatio autem fit vel pacto, vel sine eo. (a)

(a) l. ult. §. ult. C. de tempor. appellat. l. 1. §. 3. ff. à quib. appellat. non lic. Gail. lib. 1. obs. 135. n. 10. Mynsinger. cent. 1. obs. 14. Wurmser. tit. 24. de appellat. obs. 29. Hartman. tit. de appellat. obs. 17. Marant. in spec. aur. p. 6. act. 2. n. 341. Donell. lib. 28. comm. c. 6.

Th. XII.

Pacto renunciatur aut expressè aut tacitè. Expressè, verbis ipsam renunciationem declarantibus (a) Tacitè, appellationem semel interpositam deserendo (b) Sine pacto renunciatur, si quis ante sententiam, se à iudice non



non provocaturum, professus fuerit, (c) vel post sententiam dilationem solvendi petierit (d) &c.

(a) *l. fin. § fin. C. de tempor. appellat. & ibi Dd. comm. (b) Auth. ei qui appellat. C. de tempor. appellat. Zanger. tr. de except. p. 2. c. 20. (c) l. 1. § 3. ff. à quib. appellat. non lic. Donell lib. 28 comm. c. 6. (d) videtur enim sententiam approbasse. l. 5. C. de re judic. & ibi Gothofr. in not. Reyger. process. judic. disp. 10. th. 6. lit. o.*

Th. XIII.

Appellare autem regulariter ab omnibus iudicibus permissum est (a) sive ordinariis (b) sive delegatis. (c)

(a) *l. 19. C. de appellat. can. 3. can. 8. caus. 2. q. 6. Vult. Jurispr. Rom. lib. 2. c. 33. (b) d. l. 19. l. 21. C. eod. (c) l. 1. C. de tempor. appellat. l. 18. C. de judic.*

Th. XIV.

Excipiuntur tamen Princeps sive Imperator (a) Papa (b) Camera Imperialis (c) Electores Imperii (d) Consilarii qui causam presentibus vel absentibus partibus examinarunt (e) Judex cum clausula, Appellatione remotâ, datus (f) Arbitri (g) Executores (b) & omnes qui majorem non recognoscunt (i)

(a) *l. 1. § 1. ff. à quib. appellat. non lic. Wesenbec. ff. b. t. n. 1. Marrant. in spec. aur. p. 6. act. 2. n. 248. Reyger. process. jud. disp. 10. th. 8. lit. g. Donel. lib. 28. comm. c. 6. à rescripto tamen Principis provocari poterit. l. 1. § 1. ff. de appellat. & ibi Gothofr. (b) can. 10, can. 17. caus. 9. q. 3. Eandem quippe in terris Ecclesiæ sibi tribuit jurisdictionem, quam Imperator in Imperio. Sed quid mihi cum Papâ? missum hunc facio, qui licet judicare audeat omnes, judicari verò velit à nullo, nihilominus tamen aliquando punietur in æternum cum diabolo. gloss. in can. si papa. 6. dist. 40. (c) Ord. Cam. p. 3. tit. 51. Propter concurrentem cum Cæsare Jurisdictionem. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 3. & obs. 121. n. 3. Umm. in process. judic. disp. 8. th. 2. n. 8. Dn. Carpzov. lib. 2. tit. 3. resp. 49. n. 13 & seqq. Revisionis tamen beneficium Imperatori & statibus conceditur. d. Ord. Cam. p. 3. tit. 51. Intricata questionis est, as*

B

han



hæc Revisio Cameralis prioris sententiæ executionem suspendat *Aff. Gail. lib. 1. obs. 154. n. 3. & de arrest. c. 12. n. 4. Heig. p. 1. q. 10. n. 63. (d) A. B. tit. 11. de immunit. Princip. Elector. Hodie tamen ex consuetudine ab omnibus appellatur, exceptis Serenissimis Electoribus Saxonico & Brandenburgico. Tr. vol. 2. disp. 33. tb. 4. lit. e. ibidemq; Bachov. Reyger. d. l. lit. k. Berlich. p. 1. Const. 50. n. 24. Dn. Carpzov. p. 1. Const. 20. def. 23. quod indistinctè de omnibus Ducibus Saxonix intelligimus, Berlich. d. l. Non obstante tamen tali privilegio subditi Ducum Saxonix super nullitate sententiæ in Camerâ Imperiali conqueri possunt. Gail. lib. 1. obs. 135. n. 7. Dn. Carpzov. d. l. def. 24. (e) l. 34. C. de appellat. Reyger. d. l. lit. a. (f) l. 1. §. 4. ff. à quib. appellat. non lic. Quæ clausula de frivolis & levibus, non etiam gravibus atque legitimis suspicionibus intelligenda est. Gail. lib. 1. obs. 33. n. 5. Zanger. tr. de except. p. 2. c. 4. n. 12. (g) Compromissarii sc. l. 32 §. 14 ff. de recept. arbitr. non necessarii & juris. l. 9 ff. qui satisfac. cog. l. fin. §. 2 ff. de appellat. Gail. lib. 1. obs. 33. n. 18. & obs. 150. n. 8. Reyger. d. l. lit. c. (h) l. 4. ff. de appellat. nisi modum exceßerint. l. 5. C. quor. appellat. Donell. dict. loc. (i) Puta Reges Gallix, Hispanix, &c. eodem privilegio gaudent Archiduces Austriæ, Duces Lotharingix & Burgundiæ. Mynsinger. cent. 5. obs. 58. Tr. vol. 2. disp. 33. tb. 4. lit. e.*

Th. XV.

Materia à quâ appellationes procedunt, sunt sententiæ definitivæ & per se validæ (a) interlocutoriæ (b) & actus extrajudiciales. (c)

(a) Sive civiles, sive criminales, l. 6. ff. de appellat. modo validæ sint: à nullis enim & inutilibus frustra appellatur. l. 19. l. 23. §. 1 ff. de appellat. Wesenbec. ff. h. t. n. 8. (b) De jure sc. Canonico. c. 1. de appellat. in 6. Wesenbec. d. l. n. 8. Gail. lib. 1. obs. 129. n. 1. Rosbach process. civ. tit. 73. n. 21. ut & Saxonico. Const. Elect. 19. p. 1. ibiq; Dn. Carpzov. def. 23. Berlich. p. 1. Conclus. 50. n. 46. & seq. Secus de Jure Civili. l. 7. C. quor. appellat. non recip. l. 2. C. de Episcop. audient. nisi vim definitivarum obtineant. l. 2. ff. de appellat. recip. Gail. d. l. & obs. seq. Marant. p. 6. de Sentent. n. 42. Rosbach. process. civ. cit.



tit. 71. n. 4. & seq. Mynsinger cent. 3. obs. 88. Berlich. d. l. n. 43. Dif-  
fert autem appellatio à sententiâ definitivâ & in hoc ab eâ,  
quæ fit ab interlocutoriâ, quod à sententiâ definitivâ, aut vi-  
vâ voce in continenti, aut in scriptis ex intervallo appellare  
permittitur. l. 1. in fin. l. 5. in fin. ff. l. 14. C. de appellat. ab interlo-  
cutoriâ verò semper in scriptis cum specificâ certæ causæ al-  
legatione. c. 59. x. eod. l. 3. §. ult. & ibi Gothofred. ff. eod. Gail. d. obs.  
130. n. 3. Quod tamen de simplici interlocutoriâ tantum, non  
autem vim definitivæ habente, intelligimus: tunc enim in  
omnibus æquiparatur definitivæ, cum paria sint sententiam  
esse definitivam & habere vim definitivæ. Gail. d. l. Reyger. pro-  
cess. judic. disp. 10. th. 11. (c) Sive à parte, sive à iudice facti. Gail.  
lib. 1. obs. 120. Rosbach process. civ. tit. 73. n. 6. e. g. à consultatione.  
l. 1. §. 1. ff. de appellat. ab imputatione muneris vel electione.  
l. 1. §. 3. ff. quand. appelland. Nunquid etiam à tutelæ datione?  
N. l. 1. §. 1. ff. quand. appelland. §. 16. J. de excusat. tutor. l. 13. in pr. ff.  
eod. Marant spec. aur. p. 6. act. 2. n. 324. Wesenbec ff. de vacat. & excu-  
sat. muner. Donell lib. 3. comm. c. 9. ibiq; Hilliger. lit. R. Bocer. class. 1.  
disp. 14. th. 100. & seq. Andr. Gerhard. dec. 3. q. 10. Dn. Franzius. Exerc.  
10. quest. 7.

#### Th. XVI.

Appellare tamen non licet in causis summam ap-  
pellabilem non habentibus (a) frivolis (b) notoriis (c)  
dilationem non recipientibus (d) certo jure definitis (e).

(a) De summâ infra 50. aureos appellari vetat *Ordin. Cam.*  
p. 2. tit. 28. §. Und sonderlichen, quæ deinceps in Comitibus Spi-  
rensis Anno 1670. §. Als wir denn. usq; ad 150. aureos extensa  
fuit. Gail. lib. 1. obs. 123. num. 1. Mynsinger. cent. 3. obs. 89. Hodie nisi  
controversia 300. florenos excesserit, appellationi à Camerâ  
Imperiali non defertur. Abschied des zu Spener Anno 1600.  
gehaltenen deputation tages §. Wiewohl nun auch. Quid au-  
tem si appellatus in puncto devolutionis non opposuerit ex-  
ceptionem summæ incompetentis, sed litem contestatus sit,  
an post litis contestationem eam opponere possit? Aff.  
Cum sit nullitas ex defectu jurisdictionis, quam ipse iudex



ex officio, etiam parte non opponente attendere debet. maxime, quia nullitas jurisdictionis perpetuò opponi potest, etiam post tres sententias conformes, & reddit sententiam ipso jure nullam. *arg. l. 1. §. 1. ff. quod quisq; jur. l. 1. C. de pedan judic. c. 4. x. de judic. Gail. d. l. n. 2. Mynsinger. d. l. in fin.* Sed quid juris, si ab uno vel pluribus creditoribus plures summæ petantur, quarum quælibet per se non continent 300. aureos, poterintne summæ conjungi, pro fundandâ tuendâq; jurisdictione? *Aff. l. 11. in pr. ff. de jurisdict. Mynsinger. cent 5. obs 83. in fin.* Sunt tamen certi casus in quibus summæ hujus ratio non habetur. qui videri possunt apud *Gail d. l. n. 4 & seqq. (b) l. 6 § 4. C. l. 19 ff de appellat. Dn. Carpzov. p. 1. Const. 20. def. 13 n. 2. (c) c. 13. x. b. t. (d) l. ult. ff. de appellat recip. (e) d. l. ult. §. 1. vel æquâ sorte, Marant. spec aur. p. 6. act. 2. n. 257. Harprecht § 23. l. de legat. num. 15. & seq. vel juramento l. 12. §. 1. C. de reb cred. Donell. lib. 28. comm. c. 6. Berlich. p. 1. Conclus 35. n. 19.*

Th. XVII.

Diversæ insuper Dd. sunt opiniones, utrum in causâ alimentorum (a) impositione perpetui silentii ex L. diffamari (b) sententiâ, per quam heres institutus testamento in possessionem bonorum hereditatis mittitur (c) justitiâ denegatâ (d) & judicio possessorio, de jure civili, (e) appellatio admittatur?

(a) Affirmamus quoad effectum devolutivum, non suspensivum, si sc. de futuris agatur alimentis. *Fachin. lib. 1. controvers. c. 77. (b) Affirmamus arg. l. 14 ff. de accusat. Gail. lib. 1. obs. 132. (c) Negamus. l. 6. C. quor. appellat. non recip. l. 7. ff. de appellat. recip. Fachin. lib. 1. controvers. c. 76. Reyger. process. judic. disp. 10. t. b. 15. lit. a. (d) Affirmamus, si modo judicium captum sit. Gail. lib. 1. obs. 28 per tot. (e) Affirmamus quo ad effectum devolutivum non suspensivum. *arg. l. un C. si de moment possess. fuer. appellat. quæ lex à Gratiano decreto inferia est. can. 41. v. de possessione. l. aus. 2. q. 6. Fachin. lib. 1. Controvers. c. 75. Marant. spec. aur. p. 6. act. 2. c. 305. Mynsinger. cent. 6. obs. 13.**

Th. XVIII.



Th. XVIII.

Forma appellationis in duobus consistit; primo ut semper à iudice inferiore ad superiorem competentem gradatim fiat (a) Deinde ut intra legitima fatalium dierum tempora proponatur (b).

(a) *l. 21. ff. de appellat. c. 66. x. eod. Wesenbec. ff. hic n. 9. Vid. thes. 1. Sustainatur etiam appellatio coram notario & testibus facta. c. ult. x. de appellat. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. 5. Mynsinger. cent. 4. obs. 45. Et jus Saxonicum indistinctè eandem admittit, sive iudicis copia haberi possit, sive non. Const. Eleët. 20. p. 1. Dan. Moller. hic. n. 1. Dn. Carpzov. hic. def. 1. Berlich. p. 1. Const. 50. n. 57. & seq. etiamsi ea non fuerit iudici insinuata: quantumvis tutius sit propter revocationem attentatorum appellationem coram Notario & testibus factam, iudici insinuari, alias enim iudex ad instantiam partis appellatæ in executione, ante inhibitionem subsequutam, procedere non prohibetur. Mynsinger. d. l. obs. 44. Bocer. class. 6. disp. 34. th. 62. Berlich. & Carpzov. dd. ll. (b) Qui dies ideò dicuntur fatales, quod, si observati non fuerint, appellatio expiret, & quasi fato fungatur. Duar. ff. de appellat. c. 6. Donell. lib. 28. comm. c. 7.*

Th. XIX.

Tempora hæc in quadruplici sunt differentiâ: Quædam enim ad interponendam (a) quædam ad petendos apostolos (b) quædam ad introducendam (c) quædam denique ad prosequendam vel justificandam appellationem tendunt (d)

(a) Hodie, sublatâ differentiâ juris veteris, *l. 20. §. 1. ff. de appellat. l. 1. §. 5. ff. quand. appelland. l. 3. ff. de appellat. recip. jure Novellarum decendium ad appellandum constitutum est. Nov. 23. c. 1. Auth. Hodie. de appellat. Wesenbec. ff. quand. appelland. Gail. lib. 1. obs. 139. n. 2. Merant. spec. aur. p. 6. act. 2. n. 213. Rosbach. process. civ. tit. 73. n. 24. quod strictè observandum, adeò, ut nec compromisso partium, nec iudicis permissione prorogari queat. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. So sollen auch. Gail. lib. 1. obs. 139. n. 6. Mynsinger.*



*singer. cent. 2 obs. 68. Berlich. p. 1. Conclus. 50. n. 105.* Incipit autem currere præsentia die latæ sententiæ, *l. 1. §. fin. ff. quand. appelland. Dn. Carpzov p. 1. Const. 19. def. 13.* absentia die scientiæ, *d. l. 1. §. fin. Donell. lib. 28. comm. c. 6.* quamvis sententia sub conditione concepta sit. *d. l. 1. §. 5.* (b) Sunt literæ testimoniales, quas iudex à quo, ad instantiam appellantis, dat ad iudicem ad quem, & per illas appellationi interpositæ, vel defertur, vel non defertur. *l. un. ff. de libell. dimiss. Rosbach process. civ. tit. 74.* ubi quinq; apostolorum recenset species. Petendi autem sunt instantanter & sæpius, *d. l. un. §. 2.* & quidem intra triginta dies. *l. 24. C. de appellat.* adeò ut si appellans fatale hoc neglexerit, censetur appellationi renunciasse, atq; ita appellatio fiat deserta. *c. 6 de appellat. in 6. Marant. d. l. n. 219. Reyger. process. judic. disp. 10. th. 19. lit. b.* (in Camera tamen aliud fuit inductum, *Gail. d. l. n. 15. Mynsinger. cent. 4. obs. 36.*) nisi per iudicem steterit, quo minus darentur apostoli, tunc enim appellanti de suâ diligentia protestari permissum est. *d. l. un. §. fin. d. c. 6.* Utrum autem tempus hoc confestim à die latæ sententiæ, an verò à die appellationis interpositæ currat, Dd. inter se digladiantur? Respondemus scienti currere à die latæ sententiæ, *l. 24. C. de appellat.* ignorantia die scientiæ. *Marant. d. l. n. 220.* ubi hanc sententiam communem dicit. (c) Ordinatione Camerae Imp. *p. 2 tit. 30. §. 1. Würden aber. Gail. lib. 1. obs. 140 n. 3* sex menses à die interpositæ appellationis ad introducendum conceduntur qui menses si non fuerint observati sententia transit in rem iudicatam, & appellatio pro desertâ habetur. *d. Ord. Cam. §. 1. Bud sol alsò.* Effectus est, quod iudex appellationis, non possit prohibere iudicem à quo, ne ulterius in causâ procedat, nisi prius, fuisse causam ad se devolutam, constiterit. *c. 3. §. si vero de appellat. in 6.* Item acta primæ instantiæ pro debitâ mercede appellanti edat. *l. 24. C. h. t.* Quod ipsum si facere recuset, literis compulsorialibus ad id poterit, compelli. *l. 2. C. de edend. Ord. Cam. p. 2. tit. 31. in fin. pr. Gail. lib. 1. obs. 134.* (d) Annus sc. & ex iustâ causâ biennium. *Auth. ei, qui appellat. l. fin. §. 4. C. de tempor. appellat. & currit à tempore interpositæ appellationis. Clement. 3. de appellat. Wesenb. ff. quand. appel-*



*appelland. n. 6.* adeò ut etiam elapso primo anno, possit iudex indistinctè sententiam exequi, tanquam appellatione desertà, si non aliter sibi de impedimento constet. *d. Auth. Ei, qui appellat. Marant. d. l. n. 231.* Fatale hoc partium consensu potest prorogari. *l. fin. §. fin. C. de tempor. appellat. Marant. d. l. n. 236.*

Th. XX.

Finis appellationis est, ut sententia iniquè lata in melius reformetur. (a)

(a) *l. i. in fin. pr. ff. de appellat. Duar. ff. b. t. c. 3. Wesenbec. eod. num. 10.*

Th. XXI.

Effectus varii. Appellatio causam in eum statum quem tempore litis contestatæ habuit, reducit (a) iudex appellationem recipere cogitur (b) appellans per appellationem interpositam statim eximitur à jurisdictione iudicis à quo c) Appellatio quoad præsentem causæ statum sententiam planè extinguit, quoad futurum tantum suspendit (d).

(a) Quapropter illæ Exceptiones quæ post litem contestatam opponi possunt, rectè in causâ appellationum, ut peremptoriæ; non etiam hæ quas ante litem contestatam proponi necesse est, ut sunt dilatoriæ, proponuntur. *l. 13. C. de procurat. Wesen ff. de appellat. n. 10. (b) t. t. ff. de appellat. recip. l. 21. C. de appellat. Wesenbec. ff. eod. n. 10. certis tamen casibus exceptis. l. fin. ff. de appellat. recip. Quod ipsum iudex si facere recuset pœnæ d. l. 21. C. de appellat. subjugatur. (c) Iudex quippe deferens appellationi, jurisdictionem à se abdicat. *c. 5. de appellat. in 6.* eamque transfert ad iudicem ad quem. *c. 53. x. b. t.* Appellans tamen in aliâ causâ iudicem à quo recognoscere necesse habet, nisi ut suspectum eum recusaverit. *c. 6. c. 24. x. b. t.* (d) Eâ igitur pendente, nihil innovari, sed omnia in statu temporis interpositæ appellationis, permanere debent. *l. un. ff. nihil. innov. appellat. c. 7. de appellat. in 6. Wesenbec. ff. b. t. n. 10. Reyger. process. judic. disp. 10. th 22. lit. d. quod verum in definitivâ, secus in interlocutoriâ Marant. spec. aur. p. 6. act. 2. n. 172. Gail. lib. 1. obs. 144.**

Th. XXII.



Cognata sive affinia appellationis sunt Relatio (a) supplicatio (b) recusatio (c) restitutio (d).

(a) Hæc multipliciter fieri solet. Vid. Marant. spec. aur. p. 6. act. 2. n. 7. (b) l. un. C. de sentent. præf. prætor. (c) Vid. Zanger. tr. de except. p. 2. c. 4. (d) l. un. C. in integr. restit. postulat. ne quod. nov. fiat. plura affinia videri possunt apud Reyger. process. judic. disp. 10. th. 23.

Contraria appellationi sunt sententia, quæ transit in rem judicatam (a) appellatio frivola (b) & desertio. (c)

(a) l. 32. ff. de re judicat. & ibi Dd. (b) Gail. lib. 1. obs. 152. (c) l. 2. & Auth. Et, qui appellat. C. de tempor. appellat.

S. D. G.



1.  
**A**ß sich der betrogen findet  
Dem die teure Zeit verschwinder  
Nur durch bloße rast und ruh/  
Jener aber der die Tugend  
Suchet/ seiner Edlen Tugend  
Recht gebrauch / verstehstu.

2.  
Dir heist alle zeit verschwender  
Die du nicht hast angewendet  
Auf die **THWIS** / du ihr Sohn  
Zeigst heute dein vermögen /  
Sie wird wieder sich hingegen  
Schenken Dir zum Ehren-Lohn.

3.  
Laß nur ferner nichts erwinden  
Den **GESETZEN** nach zu gründen /  
Also wirstu glaube mir!  
Auch denselben richtsteig gehen  
Wo die hohen Leute stehen /  
Und dein Vater stand für Dir.  
Busse von der Affenburg.







1

1

1

3

1

1

1





Leipzig, Diss., 1645/49




Sb.


WMA











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

N. J.  
IO JURIDICA

IONIBUS.

olifs. Jctorum

onsentiente

ESIDE

ELE Rittern

x. J. U. L.

idere conabitur

CHOVIUS,

nio Halberstad.

. Augusti

rio Jctorum.

IS RÖHNERI, Acad. Typogr.

MDCXLIX.

1649, 5<sup>le</sup>

34

57

Wittenberg

C 31